



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum Asceticum Posthumum

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

6. De Inuisibilitate Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

CONSIDERATIO VI.

De Inuisibilitate Dei.

Immortalitati coniungit Apostolus *Inuisibilitatem*, cum ait, *Regi seculorum immortalis, & inuisibili, soli Deo honor & gloria.*

1. Ad Timoth. 1.

Dicitur *Inuisibilis*; 1. Quia nullis oculis corporeis videri potest; nimirum pro ut est in se. Quia res omnino spiritualis, est extra obiectum visus corporalis.

2. Dicitur *Inuisibilis*, quia à nullo intellectu creato vi luminis naturalis, clarè ut est in se ipso, videri potest; neque vllus intellectus est possibilis qui id viribus naturæ possit. Hoc modo inuisibilis est omni creaturæ, & soli sibi visibilis ac notus. Et sic videtur Apostolus Deum vocare *inuisibilem*, loco iam allegato.

3. Dicitur

3. Dicitur *Inuisibilis*, quia etsi à mente creata per lumen gloriæ aliquo modo clarè videri possit, non tamen visione comprehensua qua nihil lateat videntem. Omnis enim visio Beatorum infinitè ab ipsius visione comprehensua; & ipse infinitè omnem illorum visionem superat. Hoc modo quidam Patres dicunt Deum omni creaturæ inuisibilem, & ignotum; & sibi soli notum, ac visibilem.

CONSIDERATIO VII.

De Ineffabilitate Dei.

Ineffabilis dicitur; 1. quia nullis verbis, nullis sermonibus exprimi potest prout in seipso est; etiamsi tot libri scribantur, quot etiam totus mundus capere non posset.

2. Quia non solum nullis verbis externis repræsentari potest, sed
 etiam